Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38224
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

21

in intuitu suo.

Quis potest dicere
mundum est cor meum
purus sum a peccato.
pondus et pondus
mensura et mensura
utrumque abominabile est apud dm
Ex studiis suis intelligitur puer si munda et si recta sunt opera eius, aurem audientem et oculum videntem dns fecit utrumque.
Noli diligere somnum ne te egestas opprimat.
aperi oculos tuos et saturare panibus.
Malum est malum est dicit omnis emptor.
et cum recesserit tunc gloriabitur
Est aurum et multitudo gemmarum. vas autem pretiosum labia scientiae.

Tolle vestimentum eius qui fide iussor extiti alieni et pro extraneis auferre pignus abeo.
Suavis est homini panis mendacii. et postea implebitur ore eius calculo
Cogitationes consiliis roborantur. et gubernaculis tractandas sunt bella
Et qui revelat mysteria ambulat fraudulenter et dilatat labia sua ne commiscetur.
Qui maledicit patri suo et matri extinguitur lucerna eius in medius tenebris
Hereditas adquam festinatur in principio in novissimo benedictione carebit.
Ne dicas reddam malum

pro malo.